



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi

[S.l.], [ca. 1650]

Capvt VII. Translationis S. Libori[i] occasio: Quæ huic præuia: Quis
institutæ modus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45568

tare Clerum : disciplinam monasterialē instituere : pueros tam nobiles, quā inferioris conditionis, in Scholam congregatos, in diuinæ legis eruditione nutrire. Quod eius laudabile studium, ita felix profectus comitabatur, vt verè illum ad hoc à Deo præsignatum, & rudimentis eius loci cœlitus concessum dicere valeamus.

*Scholas eo
rigit formā
de ad pietatē
Iuuentutis.*

CAPVT VII.

Translationis S. Libori occasio : Qua huic præuia : Quis instituta modus.

QVIA verò rudis adhuc in fide populus, & maximè plebeium vulgus difficilè poterat ab errore gentili perfectè diuellī, latenter ad auitas quasdam superstitiones colendas sese conuertens, intellexit vir magnę prudētię, quòd si præcipui alicuius Sancti illic corpus allatum, miraculorum,

*O notate pō
steri, & de
SS. Relē.*

D

vt fie.

*quijs priscā
Majorum
fidem resu-
mies.*

*Ieiunium
præindici-
tur, & sup-
plicatio pub-
lica.*

ut fieri solet, ostensione & gratiâ san-
tatum suadente, multitudo plebis
inciperet venerari, & ad eius patro-
cinia confluere consuesceret, nulla
re eam facilius ab infidelitate posse
reuocari: præsertim cū verbis Do-
ctorū de diuina virtute non creden-
tes, tamen his quæ oculis viderent,
quæ beneficiorū vtilitate sentirent,
fidem derogare nō possent. Præter-
ea cunctis fidelibus ibidem manen-
tibus, vel eò conueniētibus, magne
hoc apud Deum intercessionis solati-
um, maximam eidem loco tuitio-
nem & gloriam collaturum fore nō
dubitans, ad id obtinendum sedule
cogitationis curam intendebat. Et
quoniam à Deo, qui est fons bonita-
tis, quicquid optatur boni, & maxi-
mè rem tãtam nouerat expetendã,
indicto ieiunio, & celebrata suppli-
catione publica, cum omnibus sibi
cōmissis, ab eius clementiâ demon-
strari sibi met postulauit, quonã or-
dine pro adipiscenda re desiderata,
debe-

deberet insistere. Vnde fidē eius benignè respiciēs, dignatus est ei reuelare, quòd ad Cenomanicā urbem Galliaē rē diu optatā, petitū ab Episcopo loci mittere deberet: ibi dandū votis eius effectū prosperū fore. Ex hac reuelatione indubiā spe animatus, accelerare negociū studuit. Episcopus qui præfatā urbē eo regebat tempore, Aldricus nomine fuit. Ad hunc ergo cū consensu & præcepto Cæs. Ludouici, nūcios destinādos elegit, & ex Clero quidem suo probabiles personas, & in sacris ordinibus religiosam vitā ducētes: nec nō & quosdā laicos nobiles, quorū fidē & industriā ad tale opus idoneā nouerat. Clericorū verò quibus id negocij commendatū est, præcipuus erat quidā Presbyter, Ido cognomine, qui omnem suæ profectiois historiā & signa, quę in ea diuinitus ostēsa perspexerat, partim viua voce intimata, partim literis breuiter annotata ad nostram fecit notitiā peruenire.

*Diuinitus
inbetur E-
piscopus pe-
tere ex Gal-
lijs sacras
Reliquias.*

*Legati è
Clero &
Nobilibus
eò missi.*

*Ido Presby-
ter Paderò
bornensis.*